UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli Neapol. Societ. Iesv

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1620

Carthusianorum Ordo, ibid.

urn:nbn:de:hbz:466:1-60948

Visual Library

V.
CARTHVSIANORVM
Ordo.

In vita S. Brunonis.

Patres Carthuſiani moleſtia per Virginem liberati.

CVM Patres Carthuſiani Religioſiſſimo euocato Romam Sancto Brunone eorum fundatore ab Vrbano Secundo magna quadam perplexitate, & puſillanimitate propter ſuſceptæ vitæ auſteritatem, & loci horrorem, ac vaſtitatem, necnon propter quorundam obtrectatorum eos deterrentium linguas, exagitarentur; apparuit eis vir quidam venerabilis cano capite, criſpo capillo, qui DEI nomine illis pollicitus eſt Deiparam eos in loco illo deſerto conſeruaturã, ſi in eius honorem preces virginis horarias quotidiè recitarent: cumque repentè his dictis ab eorũm oculis ſe ſubduxiſſet, illi incredibili lætitia affecti DEI Genitricem patronam totius Carthuſiani inſtituti ſibi delegerunt, vna cum Sancto Ioanne Baptiſta: hominem verò, qui illis apparuerat Sanctum Petrum Apoſtolum fuiſſe exiſtimarunt.

Hæc ex vita Sancti Brunonis apud Surium menſe Octobri.